



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Villa Farnesia In Janiculo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

S O M N I U M,

Ruri sub conopeo arundinibus suspensio.

Effe quid hoc dicam, tanta inter gaudia detur
 Ducere cum solidos hic sine nube dies,
 Quod, simul incipio molli requiescere lecto,
 Terrificant animum somnia nigra meum?
 Nam subito tristi percellor imagine, & ingens
 Incessit miseris terror ab historiis.
 Vel mihi præteritâ cum nocte miserrimus ultro
 CANNARUM occurrit casus, ut obrigui!
 Ergo perpetuo vigilantem vivere tanti est,
 Et fugere horribilis dira pericla tori.

V I L L A F A R N E S I A
 I N J A N I C U L O.

Villa solo & cælo felix, & clara vetusto
 Nomine, nil fumum, nil moror Urbis opes.
 His Pater optavit regnum sibi Janus in oris,
 Et posuit nostro mœnia prima iugo:
 Quæque olim eduxit regalia tecta sub auras,
 Credibile est spatium clausa fuisse meo.
 Nunc titulo melioris heri, cultuque recenti
 Nobilis, egregio munere læta fruor.

A D